Mysterium etymologicum : Fd 3. /

Stiernhielm, Georg,

HS Fd 3.

National Library of Sweden

F, d, 3.

Stjernhjelms Mysterium Etymologicum.

Riks-Bibliotheket.
STOCKHOLM.
Handskrifter.
Språkv.
utl.
№ F. d. 3.

F.d.3

Mysterium Etymologicum
Illust.^o Dno - Cancellario revelatum et consecratum à GEORGIO STIERNHIELM.

ex tempore conceptum. ult. Junij. ao 1642.

Positiones sunt.

1. Primæ linguæ omnia vocabula primitiva Rebus imposita fuisse iuxta cuiusq. nativam indolem et proprietatem. Probo 1. Authoritate SS. Scripturæ. 2. Scientia Adami. contra quam ut ageret absurdum est. cum etiam hodie unusquisq. rei ante nunquam visæ, pro suo captu, ex usu, vel apparente aliqua proprietate, nomen indat.

2. Primitiva continere non nisi generales rerum notiones. Derivativa ex illis variari et limitari, intendi et remitti pro qualitate et quantitate indolis specialis et propriæ, quam ex generali illa notione trahit. Multas enim et varias species unum genus complectitur. Simili Colorum. Ruber est, rufus, subrubeus, dilutior non minus quam satur etc. Item Tonorum, a. a. aa. item qui sunt b. vel ♮. et Sonorum a. e. i. o. u. y. etc. Notam oportet rei convenire.

3. Conveniens esse, ut res et Symbola rerum sive characteres et signa rebus, quarum characteres et signa sunt, respondeant. Prima enim rerum veritas, inquit Postell. de Orig. Cap. 3. ex nominum recta ratione, seu ex Sacro Etymo pendet. Et Cap. 4. f. Quare ab ipsissima Dei Sapientia fuisse indita nomina rerum, secundum veritatis æternæ omnia ordinantis rationem, est omnino necesse: Divinitus itaq. Adam accepit vocabula à Sapientia, seu ab Intellectu agente et possibili, cuius universi sumus membra. Jam vocabula sunt symbola rerum. E.

4. Ut Res distinguuntur suis accidentibus, ita vocabula diversa gignuntur ex diversis literis, seu primis Elementis. quæ singula singula illa accidentia generalia vi sua naturali imitantur et exprimunt. Quo fit, ut à primo vocum fabro, ut rerum intelligentissimo, voces quæ suis elementis rebus congruunt, et per naturam, id quod significare intendunt, significant, primitus impositæ sint.

NB. omnia ferè vocabula linguæ Suethicæ sunt facta per Onomatopoeiam; ubi sonus et literæ conveniunt significationi Rei.

5. Ut Clarum et Obscurum, ut molle et durum, ut asperum et læve etc. generalissima accidentia inter se distinguuntur; ita

conveniens est, ut vocabula, quibus res, quibus talia insunt, explicantur, et talibus constent elementis.

6. Elementa literarum talia esse, docet ipse sensus auditus. Exempla authoritate Platonis et aliorumve comprobata recenseantur.

7. Quod una litera simplex non efficit, quod tamen fit plerumque principaliter, id duæ (et vix plures) faciunt coniunctim. Quo accidit ut nulla fere radix prima pluribus constet literis essentialibus quam binis. Quæ quidem in Hebræa non adeò sunt multæ.

8. Vocales plerumque sunt instar א rasæ tabulæ, quæ recipit omnes colores. eoque interdum non attendendæ. Interdum magnam vim imprimunt, ideoque nec semper negligendæ. Exemplis utrumque demonstrandum, in radicibus omnes ferè reducuntur ad a, in derivatis non semper.

9. Ut notiones rerum generalissimæ; ita primitiva prima, (matres vocabulorum) pauca esse. Sufficientia tamen esse, ad quæ omnia reliqua (modo sciens quis esset plenè linguarum) referri possint.

10. Et talia fere communia esse omnibus linguis. Id arguit unam primam linguam generalem esse omnibus gentibus, nec eam, nisi quà dialectos, in confusione Babylonica, in diversa abiisse. Demonstrabitur uno vel altero exemplo. In reliquis fiat remissio ad Sagam meam.

11. Qui hucusque Etymologias conscripserant, quia hoc mysterium ignorarunt, miserè se torserunt in literarum commutationibus. Ea quæ commutabilia putarunt, vel quæ iisdem literis, vel parum alienis constabant; omnia censuerunt esse unius prosapiæ, non attendentes, ut debebant, simul ad naturam rei, et vocabuli, sive literarum, quibus rei natura indicatur. Id quod in tot errores eos induxit, quot sine numero indies experimur. Nec enim omnia vocabula, quæ iisdem vel affinibus constant literis, si affinitas significationis desit, cognata sunt. id quod aliquot exemplis elucidari debet.

12. Nec putandum in una aliqua lingua, ea sive Hebræa sit, sive alia, omnes Radices primitivas existere. Imo paucas habet Hebræa primas, Nostra verò longe plures. Reliquæ aut paucissimas aut nullas. Ratio est: quod ex Hebræa, quæ iam olim in captivitate Babylonica, circa _ _ _ _ abhinc annum desiit, non habeamus nisi pauculas ex tanto naufragio hinc inde collectas tabulas, quæ certe omnia, quæ tota continebat lingua, comprehendere nequeunt. Cui rei argumento est, quod nec Rabbini ipsi Hebræi, in hunc usque diem plurimorum vocabulorum veram radicem, et indè dependentem intellectum assecuti sint. Qui hic optimè coniectatus est, optimum egerat vatem. Quæ literis iisdem notantur, etsi sensus sit diametraliter oppositus, ea omnnia dubio sunt unam agnoscere matrem.

Exempli causa - - - - Nostra verò, quæ ab iisdem cunabulis, à quibus Hebræa, orta, semper eadem à primæ in has oras è regionibus Araxeis, transmigratione, quoad ipsa fundamentalia, in continuo usu permanserat; non mirum est, si multa quæ illa perdidit, retineat. vide Mylij de ling: Belg. cap: 28. p: 246. Reliquæ, Græca præsertim, et Latina, multas passæ sunt mutationes. Græca Barbarâ mixta, imò propemodum ex Barbara nata. teste Platone et Latina minimè prima, sed orta, et varia mixturâ Aboriginum, Pelasgorum, Phrygum, Thuscorum coalita. Deinde utrique hi Populi, cultu, Poësi et elegantiæ studio suas linguas corruperunt. et quia præ antiquis semper nova placuerunt, priscas omnes origines oblivionis caligini involverunt. Quo usu venit, ut rarò quipiam, nisi ex sterquilinio Ennij, vel scriptis Pacuvij, Lucilijve, quod primam ætatem et cunas Arameras redoleat, offendas. Undè tandem nec Cicero, nec Varro ipsi Romanorum Doctissimi, quorum hic ex professo linguam suam maternam, conscriptis libris explicare aggressus est, nec illi qui ipsis ea in parte peritiores haberi voluerunt, linguam latinam in hunc usq. diem rectè intellexerunt. Cuin imò plaustra argutiarum et doctissimorum nugamentorum, non sine ingenti expectantium quidem frustratione, sed imperitorum applausu, mundo invexerunt, contenti acquiescere in vocula aliqua Græca, quam nescias prior, an connata sit latinæ; cuius demum originis æquè ignarus evadas, atq. latinæ illius, cuius etymon desiderabas. Ultrà si moliantur, quod tamen fit rarissimè; idem contingit. Voculam aliquam trisiteram consignant. Quam, modò literæ admittant, per varios tropos, per antecedentia et consequentias, et si aliter non succedit, per ipsa contraria et antiphrases, invitis Genio et Musis, interpretando, eò tandem pertrahunt, ut ipsorum ingenio servire cogatur. Quod si literæ omninò non respondeant; ibi ad protheses, aphæreses, metatheses, apocopos, syncopos, metaplasmos, et nescio quid non, concurritur, suum ut sensum, suum, inquam, non quem ipsa infert rei et vocabuli natura; originationi infundant. Non dico, non necessarium esse ista adhibere. sunt enim planè ex usu, nec unquam, nisi ubi voces prorsus eædem sunt, non utenda occurrunt. Sed hæc mea mens est, ut parcè, et cum mica salis, nec quidvis in quovis quæratur. sed id potissimum spectandum

Causabonus de lingua Saxonica.

esse, quod rationi maxime obvium, nec à natura rei dissentaneum sit. Laudo et admiror magna illa ingenia, qui multum in hoc genere praestiterunt. metam quorundam puerilem, et servilem observationem, qui nihil de se, nihil nisi ex dictatura Magistri, in lucem edere sustinent, probare non possum. Nec magis ferendi sunt. qui omnia Graeca ex Hebraeis; omnia Latina ex Graecis, omnia Germanica ex latinis derivare pergunt. quasi pluris nihil haberet Graeca, praeter ea quae hodie in Hebraicis exstant, nihil Latina, nisi quod à Graecis acceperat. nec Germania, nisi quod heri et nudiustertius in eam ex latina deliquatum est. Quasi Germanica, quae non nisi dialecto abit à nostra Sveo-Gothica, ipsâ latinâ, aut nunc est, vel tempore, quo desijt, longè non esset antiquior, purior, excellentior. utpote quae ipsi Hebraeae coaeva, eam non matrem sed sororem domi educatam, peregrina agnoscat. sed de hisce alibi. vide Mylium cap: 28. 7

NB Radices vocum Latinarum quas ex lingua Suethica educo, non sunt Suethicae sed F ~~Hetrusca~~. eaedemq respectu Graecae linguae sunt ea, quae Plato in Cratylo professus est ex Barbarorum id est Schytarum lingua assumpta fuisse in Graecum. Qualia sunt πυς etc.

F Scythica

Sermones seu spiritus auxiliares, quos adiurant, et in auxilium accersunt Etymologi ad eruenda mysteria vocum, sunt, Prosthesis, qui ad modum rhinocerotis ingens cornu in naso gerit. Aphaeresis ~~eadem~~ ex gente Blemmiarum ~~esse~~ capite caret, oculum gerens in pectore. Apocope turpem simiam refert, nudis posterioribus, caudâ castratus. Syncope nullum habet ventrem, capite et collo insistentibus lumbis. Crasis, totus est contractus et distortus, dorso gibbo, pedibus, manibusq falcatis. Metathesis, ridiculè monstrosus est; membris suo loco non dispositis. apparente interdum capite in medio, et ventre, loco supremo; nonunquam capite inverso, manibus incedit, cauda et partibus imis sursum conspicuis. Antiphrasis, instar Jani bifrons est, una candidus. altera Aethiops. Hic omnium est potentissimus, et sapientissimus. Quicquid enim reliqui omnes ignorant, novit hic unus. Ideoq ubi cessat ars, et auxilium eorum: hic adiuratus certissimam fert opem, nec cultorem suum unquam destituit.

Nota. Ex adiunctis et varijs accidentibus vocabula rebus induuntur, etiam ex interitu, ut mortalis pro homo. s.

Ridiculæ certè sunt Metatheses et Inversiones vocum Hebraica-rum, ut ex ijs eliciantur origines nostrarum, quasi nobis non suf-ficerent radices quas habemus in linguis nostris propriæ: Exem-pli gratia Ex Heb. גב. gab, inverso se: bag dicunt Angl. imò no-strum Back, i. dorsum sive id quod retro est. item G. bigen, brügen Suet. böjia i. flectere, arcuare etc. Quasi omninò sit necessarium omnium vocum radices existere in Hebræa si non rectas at saltem inversas et factas et coactas. Ô cæcum sectari-orum pecus! Quin nostra Radix Ba, unde Bua, i, facere, parare, aptare, flectere, componere, fabricare, abundè nobis satisfacit, eaque nativa est, non facta aut ficta, ut simpli-cissima, ita ditissima. ex se gignens etiam ipsum Hebr. ילד: בֵּן et בת. (filius, filia) et (Græc. φιτεύω, i. φύω, ύεω, libe-ros creo.) S. Angerm. büna. parere. bün, quod et barn, bärn i, barnet.

Back, est vox composita be, bi-ack, ak, agter, i retrò.
Rygg à T, rögen, wrygen movere.

Cæcum

Nec minus inepti sunt, et miseri, ubi Etymon ignorantes, quid-vis pro quovis adsciscunt, idque ut aptent, trahunt, distrahunt, cudunt, torquent, fingunt, flectunt, molliunt, mutant literas in literam. Nulla nulli est cognata, exempla inutiliorum si-milium mille cumulant. nihil non comminiscentes, fabulan-tes, interpretantes, ut verum et genuinum esse persuadeant, ni-hil enim ignorare volunt videri. Ad manus sunt ut Diuæ auxi-liares. Prosthesis, Aphæresis, Syncope, apocope, Crasis, Metathesis, et quæ instar habent sacræ anchoræ, Antiphrasis, Quid tropi, et quam non illibenter admittunt, Catachresis? et quod vilissi-mum est, pauci sunt, qui aliquid de suo promunt, servum pecus, ut bos bovis millies calcata vestigia calcant. Siquid vir aliquis magnus, qui in republ. literaria, ut fieri videmus, tyrannidem oc-cupavit, aliquid commentus est. sit licet absurdissimum delirium; ab eo, ut recedant piaculum est. Nec profectò, ut quod res est fa-tear, aliter possunt. sciunt etenim, si secus faciant, parata sibi ferulam et flagella.

Exempla talium Originationum habemus in vocibus Bis, quam dicunt factam ex Dis mutato D in B. sic Bellum ex Duel-lum, Bonum ex Duonum, Germen ex Genimen, Carmen ex Canimen. Et in quam crassa caligine versatur vir alio-

qui magnus J. C. Scaliger, dum Etymon vocis Caligo à natura rei alienissimum doctis probare et persvadere conatur, se quid non comminiscitur, ut pastorum illud calare, cum aliud non occurrit, ut probum et proprium obtruderet. vide etiam Voss: in Oppido.

Causa vero huius delirij est, Error in Principio, fixum et firmum ipsis stat, omnia latina orta ex Græca, Omnia Græca ex Hebræa, omnia Barbara, ut illi vocant, hoc est Germanica, Suethica etc. ex latina. Hoc autem principium falsissimum esse certis et indubiis rationibus, manifestum dare mihi propositum est. Unum saltem nunc dicam, Lingua Suethica origine tenus Latina et Græca longè est antiquior, Hebrææ coæva et soror. ex Scythica sc. orta

DE ORIGINE LINGG:

Omnium Principiorũ principia sunt Mens. Lux, Materia, Hinc igitur et dependent Sermonis Principia. Mentis ē Ratio, Lucis, Sonus; Mãæ, Elementa. Omnia sunt analoga.
Mens ipsa sibi ratio est, sed in brutis rationem non exerit, nisi particulatim, quantum unicuiq Speciei competit. In homine totam, quantam Materia capere potest, effudit. Ideoq solus homo capax est Sermonis. v. Bibliandrũ p. 108. s.

Lucis opus esse sonum, clarum est ex attributis. Lumen seu Claritas, non semper est visibilis, nec Calor et motus sensibilis: nec vero minus sunt et existunt. Lux enim semper sibi Lux est, licet ab inferioribus non comprehensibilis.
Comprehenditur tamen quantum Materia admittit, duobus sensibus, visu

Sermonis Principia sunt Ratio. Sonus, Elementum.
Articulatio est consonantium diversorum, beneficio Organorum Oris humani, ad id a Deo factorum, naturalis conformatio, vel sic: est Soni in diversas et inter se differentes Voces conformatio.
Vox est sonus articulatus propriè. Voces primæ et Generales, nihil in specie significantes sunt res, quæ exprimuntur signis, quæ vocamus Literas.
Vox specialis est Verbum Mente proditum.
Voces Literales Primæ et Radiales, seu Matres sunt.
Radix et Mater omnium est A. Ejs filiæ, omnes sunt vocales, omnesq Diphtongi. ac præterea omnes Consonantes, eatenus, quatenus Sono vocali illustrantur animantur, et auditu fiunt perceptibiles. Revera etenim Conso:

Instrumenta, Os hominis, et Oris partes, Fauces, Palatum, Dentes, labia, Lingua. In Sermone sunt Spiritus, Sonus. vox, articulatio, ratio, dictio (verbum) Sermo.
Sermo Democrito est ῥεῦσις τῦ νόος, effluvium, derivatio Mentis.
Sonus in genere Unus est, indifferens, et indistinctus, repræsentatus aliquo modo per ⅔ non punctatum, quod proinde sonat, ac sibstractum est punctum, per se nihil. Hic notabile est Mysterium in Analogia omnium rerum. Quarum Principia sunt Puncta, in se proxima nihilo, simplicissima, et ab omni affectione pura; ita ut non possint dici hoc vel illud. Id et fieri in Sono manifestũ est. ⅔ Principium est sonorum, et omnis vocalitatis sensui auditus objecta, sed per se silens, et ante emanationem quiescens. Emanans autem auditur,

visu et auditu. Sono enim eadem qua lumini accidunt differentiae. Proprium est Claritas, quae fuscatur gradibus Obscuri, unde fit ut Sonus proprie sit Clarus. Sed nec minus Sonus sit, qui est obscurus, et vix audiri possit. Claritati nihil officit nisi Materiae cuius proprietas est Tenebrae, ut Lucis, ita Soni.

In Materia, in Orco et Morte, Tenebrae et Silentium; In Luce vita, et Sonus, In et ex Motu Sonus; In quiete Silentium, Nihil sonat nisi motum, Nullus motus nisi a Luce.

In laetitia Sonus, in maerore Silentium.

consonantium per se mutorum principium est Materia tenebrosa. Cuius proprium est quiescere et silere. Consonantium igitur duo emergunt principia, Prima Lux et Materia; Secundaria, Sonus et Materialis seu tenebrosa Obsistentia. Ea ne uniformem et unicam tantum efficiat vocem, intercedit principium tertium.

Mens, omnia ad sufficientiam apte, et numerose concinnans, ac discriminans. ipsius Mentis opus est b. differre a c. et utrumque a d. etc. Supremae praeterea praeterea Mentis Creatricis magisterium sunt Lingua et cetera Oris humani, ad vocis ex arbitrio efformationem, necessaria Organa. Hae Organa Materiam, hoc est aerem obiectum ea ratione verberant, premunt collidunt, attenuant, liquidant, ingrossant, madidant, ut sonus in eo conceptus, et elatus omnes illas qualitates et differentias efferat ac repraesentet. Hinc illa omnibus perceptibilis serenitas literae L. obscuritas lit. M. duritas lit. T. tenuitas H. Nobilitas lit. S.

[pag. seq.

NB omnia sunt analoga. Lux non splendet, nec est visibilis, nisi in tenebrosa Materia: ita nec Sonus audibilis, nisi ex repercussione obsistentis tenebrosae, et per se silentis, Mutaeque Materiae.

auditur, directe et simplicissime in ipsa vocali A (א) Per flexum et oblique in reliquis sonis vocalibus ä, e, i, o, etc. Hinc Rabbinis (Metaphora, ex hac doctrina sumpta) Unum aiunt esse Principium Mundi, א aleph obscurum, quod idem in actu Creationis transiit in א lucidum et sonorum A. Est igitur א obscurum ac silens, atque inde A lucidum, et sonorum Fons et Principium omnis vocis et vocalitatis. Inde per flexum vocalium omnis differentia; Indeque per articulationem Consonantium cunctarum effigiatio, et discriminatio.

Scrutinium Literar.

Posito itaq. A. literarum omnium Principio vocali et litera Prima: dispiciendum qua ratione, et quæ literæ ex illa sint generatæ. I. Ex A. levi solummodo flexu obliquantur reliquæ vocales, numero 8. supra enumeratæ. Ex illis I. hebetato acumine Lucis igneo, tenebroso madore aëris, degenerat in consonantem [illegible] madidam J. Jod. Hebræis familiarem, et alijs; sed Græcis peregrinam, et ignotam. II. Iterum ex A, obliquata et obfuscata in obscurum U, nascitur consonans V. Vau. perdita nimirum per intervenientem nimis crassam caliginem omni vocalitate, dum vocalem sub se comprehensam quasi captivam ipsa Mutiens effert, et producit. ut audire est in syllabis va, ve, ve, vi, vo, vu. sequente adhuc vocali, ut vua, vue, vui. acquirit Nomen et characterem proprium Germanis W. Cujus Pronunciationem genuinam hodie obtinent Angli, et Scoti, Sueci, male per Vau simplex efferunt. Itali et Galli W efferunt, et transcribunt per Gu. Jam itaq duæ natæ sunt consonantes ex matre vocali A, mediantibus filiabus acuta et ignea I. et obtusa tenebrosaq U. nimirum Jod et Vau.

III Aëris filiæ germanæ sunt H et S. Prima lenioris auræ, spirans, altera pressioris venti, sibilans. D. seu T

sex aëris

Literæ Mentis (Minervæ) sunt filiæ matris suæ interpretes. Sono invehuntur in <u>auditum</u>; Notis in <u>visum</u>. Sonum per se nudum, et informem varijs induunt formis; univocum in multas voces articulate inflectentes. Quæ voces Mente animatæ, verba et hinc sermonem componunt, Mentis intimæ nuncium et Legatum. Literarum Caput et fons, imo substantia Radicalis et ipsa anima, est ipsum A. quippe quod nihil est aliud, quam sonus simplicissimus atq purissimus, ipsius Lucis claritatem referens. Hoc sensim et gradatim deflectit et recedit a puritate sua in quasdam differentias, quæ constituant eas, quas vulgo vocant literas, vocales; quæ revera literæ non sunt aliæ ab ipsa A, sed flexus et variatio soni A. Multæ sunt hæ variationes, sed quinq præcipuæ tantum characteres sive Notas obtinuerunt apud Latinos inclusa ipsa A. scil. E. I. O. U. Græci plures assumserunt, ultra istas videlicet H. Y Ω. Hebræi et reliqui orientales adhuc plures agnoscunt, sed non nisi punctulorum quibusdam Notulis, ipsi A (א) subjectis, significatas. Nos Suethi novem colimus. a. e. i. o. u. y. et å. ä. ö, quæ propter sonum quem audiuntur habere medium, mixto vel duplici notantur charactere. ä est ipsum Græcum H. medium sonum obtinens inter a et e. å est medium inter a, et o. sonans ut Gallic. au oe medium tenet inter o et e et effertur ut Gallic. eu. Summa omnes

Sissa

ex äeris obstructi- eruptione, ut in Ta, aut vehementer uti re: percussione, ut in at ge: neratur.

ista differentia utut scribuntur et efferantur sint unisoni vel bisoni, seu diphtongi, non constituunt nisi diffe: rentes modulationes unius literæ A. nullas verò alias formaliter differen: tes literas. Et quid? Anglos vide illi ipsum æ. pronunciant ut nos ae. Ex J. faciunt ei diphtongum, et O in pluri: mis ut nos a. efferunt. Latinis non est idem sonus O. in Non et Nonus. nec idem sonus e. in medius et mensæ. Unde patet nimiò plures futuras literas vo: cales, si omnes sonorum differentiæ vo: tas et literæ Nomen mererentur. Stat ergò non esse nisi unam literam veram vocalem A. De literis ex A degenere et obtenebrato in U et inde in Vau. V et hinc in E. Φ B. P. hic et alibi scripsi. de Jod similiter. et H, Z etc. unde verò reliquæ m, n, l. r. ortæ sint. nondum ac: curatè inquisitum est. Litera M. ordini Literarum V. B. F. etc. accensenda est. ubiq; enim invenitur cum eis commuta: bilis. Bruta est, et purè terrea. Mae marant capræ. Mu, mugiunt boves Mi, migolantur feles. Mu murmu: rant venti, aquæ, terra, et viscera terræ. mu, mutiunt muti. Est g. M. Mem litera muta magno nisu os ape: riens et claudens. N. Spiritus est, et Nasum possidet. L. Claritatis est et a: cuminis. auditur in Tubæ clangente, in Cym: balis, in fractione vitri, et in ijs quæ voce nostra Klingæ id est acutè sonare dicun: tur. R. est collisionis, compressionis, iræ, furentis ignis et ruentis procellæ. auditur in Sylvis in collisione arborum, in curru crepante, in hirriente cane. Summæ ex vi et vehementia natæ est, Ignis et venti (qui ex igne derivatur) in Materiam re: sistentem irrumpentis.

De Q. notandum, spuriam esse literam, nec aliud quam K ~~V et reiecto K.~~ Vu.

Kv

~~vel solum V.~~ Quo notato facilis erit mu-
tatio Qu in P. F. V ut in Lesina lingua,
lisa liquere. Quid* pit. Sex. Wat. hwab, Dan, hwib,
Pente, Quinq. Vief, fünf, wijf πεμπε, fem. Quinarius numerus vita. viveo. queo.
Ex utraq. S et T. conflatur Z utriq. pro-
pterea communis, et quasi utriusq. ~~mater~~ [copula]
utramq. continens, et radicaliter repraesen-
tans.

De Proprietate linguæ Suethicæ.

Ea consistit in literarum numero, in pronunciatione in usu articulorum, in declinatione, in coniugatione

Divinum plane esse omnes fere voces vetas nostræ linguæ habere plura Etyma, quæ ad vocis propriam indolem constituendam et definiendam concurrunt. Exempla manifeste ubiq. se produnt.

Ut omnes Res in unum Ens referuntur ex quo ortum habent, hoc est, ad Deum ipsum. ita Omnes omnium linguarum voces ex ipso A natæ sunt, atq. ad ipsum A reduci possunt ac debent. eadem nimirum via retro qua prorsum sunt profectæ. M. P. B. V. F. QU. formatæ sunt ex V et hoc ab U quod nihil aliud est quam A obscurum. Hinc facilis est ad A reditus. Aspiratarum Classis. C. H. C. G. ad ipsam matrem H reducta facile expirat, et nudam relinquit A. Ex sibilo S. ortæ D. T. TH. Z. in sibilum reversæ ante A. cito dis-parant N. L. R. ut et M. sunt ancipites. ANA. ALA. ARA. AMA detritæ sunt, prodito A initiali, in NA. LA, RA. MA. Quæ naturam, et notiones retinent easdem quas habent An, Al, Ar, Am.

Ut h. spirat. S. sibilat; ita R. tremit. L. liquat. am claudit. ma aperit. am ligat, ma solvit. n. tinnit, et suspirat. tolle spiritum, sibilum, tremitum, liq.

Dialecti Danicæ Proprietas est, et a nostra differentia.

Svethic.	Danic.
a finale.	e.
p. löpa.	b löbe
k. läkia.	g. läge.
t. hwijt.	d. hwijd.
g. Kraga.	f. Krafwe.
n. Man.	nd. Mand.
g. lag.	w. lowe.

Äta. | äde.

Maat. | maad.

Skog. | Skouf.

lögh. | lauf.

De linguâ Hebræa Nb. Quod si illa sit Adamæa, et omnium prima, ex quâ volunt fluere omnes reliquas, necesse est ut contineat omnium vocum quæ in reliquis usurpantur radices. aut pleraq;. sed hoc fallit. ergò.
Est enim omnium pauperrima. plena anomalijs et defectibus. adeò ut cogatur multoties absonè et ineptè, ne dicam, pueriliter explicare sensa. plena ambiguis et amphibolijs. f.

Hæ Radices sunt Primæ, et

	α. Svethis Ἔω. Græc. Εἰμί	1. ESSE { unum aliquid. α. הוה. bonum. εὖ Juf. verum. ἀ. εα., ια. ἐε }
	α. Sueth.	2. habere proprium. As. ea }
Radix α Lucis adscribendus omnis motus. Inde nascitur aqua et fluxus motio.	α α. Sueth. Ἔω. Gr. Eo. latin.	3. manare, oriri, fluere, perire, exire venire. Εἰμί — — movere se et aliud. As. eo. S. ἴα, ἴς, βία, vis. Is. Ia. affi-
	Ἕω, Eo, ἵεω venio Ἕω, ἵζω ἵστημι — sto — Ἕω — — —	4. manare facio. Mitto, Emitto. dare fundo. ἀσσω, ruo, prosilio. exa 5. Esse facio. Statuo. colloco, Pono 6. Induo. h. e. mihi inesse, sat- adesse facio. habere me facio. me inesse facio. induo me for-
ℵ Chaos Χάος * ἀὴρ ab ἄω Χάω. vid Coelum.	uo latin.	
	Ind-uo. Ex-uo. Imb-uo Imb-uo	
	vao, vado	7. luceo. ἕως, ἠώς — ἰαίνω. cale-
	ἄω, ἄέω ἔω	8. Spiro. aurora αὔρα — Rs. vitæ — ἀήρ
verba motus sunt verba soni.	ἴα vox.	9. Uro, vel accendo. areo, ardeo, ignis.
	ἀύω. exclamo ὦ ὀ ἄζω	10 Sono clamo — vox sermo. —
		11. Tango. — Sensus Mentis.
	ἰαύω et ἄω	12. Dormio. — Sopor. Materia.
	ἑάω. ἐῶ Αἶσα. fatum	13. Sino. omitto. Permitto relinquo. — חיל. viribus

α. αω. ö. Terra — — 14. αἶα. γαῖα. Γῆ

α. αα. ά. ἄλα. ἄχα. aqua. 15. ex άα. fluere. αὖσα
Ösa haurire. Ora. id.
Gwysdio öse urdur. ti de
* άγε. Ocean. mare. Imbre.

Ἀίω. sentio. εἴδω, idem, ἴδω video
audio in specie. et ἄω lucro, inde video. } Res Mentis } ὤω. ὄψις. ὁράω. ψ6.
ὦας. auris. ἀκούω audio. — —

Rs. Privativa α. — an, on, ond. dan. vang. s. od, wood. am —
Angl. — Empt — vacuus. lat. Emo. proprie tollo, inde adimo —
eximo, redimo — sumo, tollo. consumere, inde toom.

ab α Positivo est aude ode haben { ab α, est, aude, ode, öde. vacuitas. Oden. mors
wood, Woden, mors, orcus, Dis, Pluto. Deserta
Ost. hinc Germ. wüst. Sclav. pustol. Esth. Terra de-
ab Ood, G. wüten, furere. hoc e mente privatum esse.
Ood furiosus — lat. viduo. Ital. wastare, Gal
vuider. vider. i evacuare.

ab ἔω. Eo Goth. S* od. ivit. Jan od, i. Jun gick. — lat. vado.
inde νέω movro. * Nox. Nyyx Nicke (nüo) Mickadrest
ex ἄω mano, fluo.
hinc occurrunt iisdem literis constantes Radices oppositarum notionum.

α. privat. r pro ei, εἰμί. ØL. i. non
ὕω. Pluo, fleo, luo, lavo.

Unius Matris A.

ia. Sola ios, ois. ia. יה nomen Dei

יה ia Partic. affirmativa. a et e ja. Semper. ἀεί. ei, eilifa.

ex. ius. ajo. dico, dixi, dido, divido. do.

αὐω. commoror. esse, habito.

nnare. Surgere, ascendere de materia. Crescere

fieri — vigescere, roborari

gaa eode intravit. Eo abit in alias Rss. in ivi, ibo, ito, ire { naas / vero. / nakab.

are et attribuere — id proprium mo — Ex Eo, est via.

dare Xeω. fundo { ge, gea, giva / giura. gifa. capio. tollo. Elevo. extraho.

tend. et eo.

Capio. Esse. Habere, facere volo.

potior) Est Radix accidentium. Qualitatum et Forma,

Induo, formam, actum et fio, incipio Existere.

na Item. Capio, accipio, potior

Lux Turc-aian. Clarus, aptus, manifestus, notus.

facio

Vocis et Lucis Etyma ubique fere eadem sunt. Nam aer lucis est obiectum, aut q. vehiculum proprium. idemque reveratus. vox est. ubi motus vehementior ibi sonus.

ἀχω. voco, Echo, vox. sonus pertinet ad aëra.

ἀίω. ἀκούω. audio. ab ἀω.

lassus deficit. — Rs. { ἄω luiro / ἄω spiro. / aa fluo. } { vita. ex ἄω. Eva. vivo ζα vis. vita. βίος / Media. utrique inserviens. / Mortis. Aqua.

ava. ἄσια — aha. Wesen. Waga, ago

aa. aha, ἀλα. aqua.

Ex arcanis Naturæ sunt quæ seq. de Ente.

Ἔω. sum. — Εω. Eo. — Ἕω { induo — formam / colloco — facio esse / emitto — vim

Maneo. — Mano. — Mando.

Meus (seo) — Meo. Noueo verb (εω) — Mitto. Emitto vim operationem.

Fuoi Sum. — Fio ex Rs. a. d. facio

ex ἄω, a, est orior. — Id. φύω oidior — fora (foga laga) orno — foeto

Fero (sto) Flo. Fluo — Fundo.

Sum. — Semino. — Servo.

Sto. ει — Eo. — Edo. i. Produco, emitto

Εω. Pono. Statuo. (Sauna) Ezta

Ex ἄω sono (Salla sonare) * Sea sonus Sall sonus — inde Salla.

Primitiv. Mea, Mögga. isl. Mügn latus A lat meo.

A. Principium Literarum. Sonus. I. simplex. De significativis, duas primas notiones generales habent, duo principia insinuantes. Entis sc. et non Entis.

Est enim. α. Positivum, unum et Ens.
Est et a. privativ. vanum, et non Ens.
α. unum X. α vanum. ά, aan, vaan, vacuum.
ut ab α. Esse, notiones lucis. Spiritus, Caloris, Motus, vitæ, vigoris, virtutis, Copiæ, et omnis BONI. item Amoris et Generationis etc. Et ea quæ Mentis sunt, veritatis, æternitatis, constantiæ, Sapientiæ, pulchritudinis, gaudij, splendoris, gloriæ, felicitatis, voluptatis etc. Superorum, coeli.
ita ab a. privativ. notiones his et similibus omnes contrariæ. Primo verò quasi generalissimæ non Entis. inanitatis, vacuitatis, vanitatis, falsitatis, fugacitatis inconstantiæ, evanescentiæ, deinde et omnium quæ Materiæ adiacent privationum, sc. Tenebrarum caliginis, vaporum, frigoris, torporis, stuporis, rigoris, defectus, vitij, inopiæ, odij, corruptionis, Mortis, Orci, Inferni, it. amentiæ, confusionis, Stultitiæ, turpitudinis, abominationis, et omnis MALI.

Ex eo. Ianus. Vanus. Mundum designat, quod semper eat etc. v. Matt in 2.

NOTA. Ex α. αω. εω facta sunt primo omnia Monosyllaba Consona, Qualia sunt Βάω, ab εω. quasi ΧΙ. venio. Βάννω. Γάω. Δάω Ζάω Θάω, τω, fere ἴδομαι. Κάω Λάω Μάω, Νάω, Νέω, Ξέω, Πάω, Πάνω. Ρέω Σάω, Τάω, φάω. Χάω, άω, Βόω impleo, et tego.

Ex Matre A. natæ fuat filiæ septem
ancillæ filiæ
av. ach. az. al. ar. an. am. hoc est, ipsum a. purum, assumit et copulat sibi omnes consonantes ad multiplicationem, et diversimodam propagationem variarum vocum, quæ ad denominationem et distinctionem omnium rerum requiruntur. Habent autem singulæ hæ filiæ naturam et indolem suæ Matris. Eandem obtinent notiones universales. Scil. Essentiæ, Unitatis, Potentiæ, Habitus, Actus, motus, Emanationis, Lucis, spiritus, factionis, productionis etc. licet multæ aut plurimæ, hac ætate, nos lateant, quippe quæ desierunt, et in desuetudinem abierunt. Nam utut Primæ hæ voculæ permanent, et sunt immortales; valor tamen, et æstimium, hoc est significatus hujus vel istius modi, periit, aut minimum obtenebratus est. Hoc vero cogitandum, in una nulla lingua, reperiri impossibile esse, omnes unius voculæ, aut radicis significationes. Una enim hanc accipit, alia alium, tertia tertiam. deinde nec unius linguæ omnes ætates, unius vocis eandem notionem, perpetuo voluerunt et retinuerint. Hinc fit, ut qui hæc Studia ritè tractare velit, necesse habeat non solum ex plurimis præsertim primariis, quæ viguerunt, et hodie vigent, linguas: sed etiam ex obsoletis, et deletis variarum et diversarum vocum notiones, eruat et annotet, vocabulis idem est fatum quod hominum. Natorum in Scythia reperiuntur propagines, in Græcia, in Scandia, in Hispania, quarum nulla cognatio amplius extat in Scythia, vivunt et vigent alicubi nepotes, pro- etate
nepotes,

NOTA Mysterium et fundamentum hujus Artis seu Scientiæ.

Litera A, principium est, omnium in rerum natura, voce, et Scriptura cognoscibilium, Notionum, rerum, eadem ratione, qua Rabbinis א principium dicitur omnium ~~Rerum~~ boniq. Maliq. א lucidum, Boni, א Tenebrarum, Mali (de quo vid. Rob. Fludd in Philosophia Mosaica) illud Principium est Positivum, hoc privativum. Illud Reale est Lucis Divinæ invisibilis, quam Mentem vocamus, et Lucis Mundanæ visibilis, quæ lux est Primigenia, à Deo creata. hoc Tenebrarum, quæ est Materia prima, invisibilis, incomprehensibilis, incorporea, interminata, ac propterea nec mente intelligibilis; caret enim omni et quantitate et qualitate.

Hinc notiones omnes Boniq. Maliq. ex una litera A proficiscuntur. Unde ex triplici Notione prima ipsius A. tria summa Genera Notionum emanant. Ex
1 A. unus. Mentis et distinctionis, quæ consistit in Mensura 2. et Numero 3. et Termino, unde A. est
2. A. ăw Luro. 3. A. Non. non est privatio. etc.

nepotes, quorum avos, et maiores iam olim mortuos nemo novit, aut nominare potest. Sed de hisce satis.

Jam ipsa Mater a. ut et 7. illa filia pura et candida, afficiuntur, et quodammodo colorantur, seu diversorum colorum habitibus vestiuntur, ab ijsdem consonantibus quasi ancillantibus. dum antepositæ faciunt: ab a. va, cha, za. la, ra, na, ma. Et ex syllab. vav. seu bab. chab. unde evadunt Radices affectæ ex a. Septem. Et ex syllabis singulis tres h. e. 21. quibus additæ 7. ex a. fiunt universæ. excepta Matre Pura a.

Porro notandum: ut Multiplicantur hoc modo Radices; ita etiam Significationes multiplicari. atq; quo longius recedunt voces formatæ à Radicibus Primis; eo plures et obscuriores eas nancisci notiones. quippe quæ ultimo ipsis speciebus rerum, et actionibus (ut ita dicam) modificatis applicantur.

ARBOR GENEALOGICA VOCULARUM PRIMARUM

a

Ss. pura. av. ac. az. al. ar. an. am

bav. cav. zav. tres. totidem. totid. totid. totid. totid. affecta sive ancilla

Deinde fiunt ex ipso.

a — va. ka. za. la. ra. na. ma.

ancilla. Ss. a — ba. ca. za.

Matrona — ta. ra. na. ma. Ss. … / aal. ar. an. am. …cipite

Idem notant quod ipsa a. hoc e. omnes generales rerum significationes in se continent. se. in diversis linguis, olim in lingua una et Prima. Quod etiam de superioribus. av. ah. az. al. ar.

quibus consonans sola est Radicalis et vocalis iam ante, iam post sonum edit.

an. am. intelligendum. quod in primis notionibus nihil aliud sunt quam terminationes diversæ. ipsius Ss. et vocalæ a. quod manifestum est in coniugatione ipsius a. in notione Esse. a. es. est. es. am. an. etc. quod invenies alibi. Ubi Notandum quod id quod in una lingua est tertia persona in alia potest esse prima. et sic de Numero. Tempore. Modo. Casu, genere et reliquis.

NB vocabula peregrina et ex alijs linguis adscita aliquid habent ex antiqua forma. licet ea, ad Idioma, in quo est peregrina, depravata sit et deformata.

Sequuntur Primarum RR. Significationes Generalissimæ. ad quas reducuntur reliquæ omnes speciales, per suos gradus.

Literæ simplicissimæ omnibus linguis communes, et ad quas omnes omnium gentium literæ reduci possunt, et debent, sunt Vocales. a. e. i. o. u. Consonæ. b. c. d. f. g. h. l. m. n. p. r. s. t v. Nec plures olim novit Septentrio. has etiam paucioribus notis incluserunt, ut numerarentur in universum 15. hoc ordine.

ᚠ ᚢ ᚦ ᚭ ᚱ ᚴ ᚼ ᚾ ᛁ ᛅ ᛋ ᛏ ᛒ ᛚ ᛘ
f. u. d. a. r. c. h. n. i. a. s. t. b. l. m
v. th. g. e. p.

Literæ Græcorum primæ, quas Cadmeas vocabant, 16 tantum fuisse ait Plutarch. Symposiac. Qu. 3. mihi pag. 661. Tom. 2do. nec ratione aliqua, sed casu et fortuito numerum et ordinem literarum qualis est, exstitisse.

vocales Svethi auxerunt, ut sint hodie numero novem: hac serie pro sonorum differentia ponendæ. a. e. ö. i. ij. å. o. u. Diphtongos nullos agnoscimus præter ia. ie. iu. iå. iö. iä. quæ tamen nullæ erunt, cum i. abit in Iod.

Jam Runa seu Cabala Intellectus vocum requirit, ut secundum naturam ordinantur hæc Elementa. Et erit,

1 omnium vocalium mater A. Ea omnes continet, ad eam omnes reducentur, ut primam et puram, hæc enim lucis siccissima Nota.

2. Ex Consonantibus factæ sunt ex ipsis vocalibus J et V. Iod. quia ab I. vocali parum aut nihil differt, et sterilis est, rejicitur. V foecunda est et generat de se F. (Φ) B. P. quarum una, altera paulo, est fortior. alias nulla est differentia. W duplex est scil. Vu ante vocalem Vua, vue, vui. debet efferri ut Wh. Anglic. aut propemodum ut hva, hve., Svethicum. W male à nobis pro V. pessime effertur per f. Suffi-

Iod Hebræorum et Vau mutuum habent in se transitum. potest itaque tolerari sub. V.

ceret autem ipsum V. quod eandem apud nos obtinet enunciationem. Germani vero pro ß. f.

3. Proxima dignitate est litera H. quippe quæ fere immaterialis puri spiritus est proles. Hæc corporabit, et per gradus indurescit in CH. G. C. Q. ociosa est, et duplex à CU. CV. ut et X. à CS. GS. Tertium locum sibi incorporatis sibilus S. vendicat. Qui miscetur in Z. et Þ (Θ) et sistitur in D. et rigescit in T. Þ. hodie periit. nec recte exprimitur per th. nisi Anglis qui th. ut Þ Ger. d. more veteri pronunciant. sc. quasi dhs.

4 Supersunt graves quippe Materiales, quas inepte Grammatici liquidas appellarunt. l. m. n. r. L. perspicua est et facilis. R. ignea est, violenta, et aspera. N. aërea est, et levis. M. limus est, aquam et terram continens, obscura, surda, muta.

Hæc itaque erit series Alphabeti naturalis.

V. F. B. P. H. (ch.) G. C. S. D. T. L. R. N. M.

5. Jam certum est literas cognatas tam in pronunciatione, quam in scriptione inter se esse commutabiles, et in linguis Scythicis pene indifferentes. eo itaque me adduxit experientia, ut omnes eiusdem generis et classis pro una, et unam pro omnibus caperem. Sic pro. V. f. b. p. capio solam V. pro h. ch. g. c. capio H. aut CH. pro S. D. T. et mixtis. Þ Z. sh. st. (Σ) capio Z. quod videtur aut media esse, aut omnes complecti. Reliquæ L. R. N. M. nec sibi nec aliis sunt cognatæ. sed quaelibet sua est.

6 Postremo docet ipsa rei experientia constituendum brevius quoddam, quod voco Alphabetum Radicale. a. v. h. s. l. r. n. m. simplicissimum pro. H. et. S. in Constitutione Radicum usurpabo CH. et Z propter maiorem evidentiam, quandoquidem hæ sunt mediæ, et reliquas continent.

ad oculum f. b. p. φ = V. h. g. c = ch. s. d. t. st. sh. = Z.

Has literas principes, cum tota sua sobole voco avechizo aut achevioz seu achavaza.

perinde enim est. Etenim licet V. nata sit ex U vo=
cali, et propterea natales suos numerat usq; de a.
Et tamen ubiq; post a. id est, vocalem quamvis præ=
sentior est. a. hæ. en. hen. etc. ita ut in Græcis
præsertim q. inseparabilis sit; et stirps commu=
nis esse videtur sociarum V et S. sive Z. Nam
et f. generatur ab h. et aspiratio h. in S. vesti=
tur. Unde per consequens futura sit omnium Clas=
siarum mater et origo communis. ad imitatio=
nem Hebraici ahevi (אהוי) reliquas vero al=
runim (Irnm)
NB V nata est ab A. quæ litera est Lucis, sed
malè, nata est ab U. quæ litera est Tenebra=
rum, opposita claritudini ipsius A. U est im=
materialis, et repræsentat äerem tenebrosum, sed
V, crassior est, et materiata ut vapor, aut
magis aquosæ nubes caligans. Et hac ratione, potior
erit hic Alphabeti ordo.
a. ä. e. ö. i. ij. å. o. u.
h. g. c. s. d. t. u. f. b. p. l. r. n. m.

7. Literæ achavaz sunt serviles. nec quicquam
faciunt ad subsistentiam Radicum, nisi quod disting=
vunt seu variant, et multiplicant se. in fronte
constitutæ. (ut in cha, ga, Sa, ta, etc.) à tergo punctæ
idem præstant, ut in ach, ag, ab, ap. as. at., ma=
iorem tamen inducunt differentiam, et alteratio=
nem. alrunim vero utrinq; adhibitæ sui sunt iu=
ris et Dominæ. licet ius et authoritatem illæ habe=
ant translatitiam ab A. Radicum omnium Radi=
ce prima; penes quam directum est dominium in
reliquas omnes.

8. Hinc emergunt Radices Universales, et omnibus
linguis communes. Prima A. Purissima. et inde ach, av,
az, al, ar, an, am Septem sunt; quas Puras denomino. Pu=
ram autem obnubunt et obscurant à fronte suspensæ
utriusq; generis literæ, ut sic exoriantur Septem aliæ
Radices. cha, va, za, la, ra, na, ma. quas Affectas vo=
co. Inter eas pro ancillis ipsius A. habentur tres priores.

posteriores 4. sui iuris sunt, et maiori dignitate Ab ijsdem literis Achavar et reliquæ puræ obnubilantur. Quæ ita affecta et obvelata Purarum ancillæ appellari possunt. Singulæ itaq. Puræ tres habebunt ancillas quæ numero erunt 21. Et tot sunt omnino Radices Puræ et affectæ. Primariæ et secundariæ; in universum cum ipsa Matre, 36. (numerus □ cuius Radix est Primus numerus perfectus) Diagramma vide pag. præcedente. In vocibus quæ in fronte binas vel trinas habent consonantes, ut nescias ad quam Radicem referas: hoc tenendum: Proximam vocali esse Radicalem, ut in gnarus, na est Radix. in Krok.ar, aut ra est Radix, possunt enim utraq. in Strigil, Stringo. ar vel ra est Radix. Unde verbum ~~ar~~ ara, εἴρω necto. Stringo, vel verb. raa, rakia, reckia. Streckia, Strinkia Stringere. nectere.

Prosiliebantur hæc duplicatio ex agilitate H et S, cum sua sobole, quæ ut vocalibus, ita fere omnibus consonantibus inequitare gaudent. Olim aspiratæ scribebantur et efferebantur Hl. Hv. Hn. prolationem ipsam hl. adhuc retinemus in l. nostro crasso. ego in scriptione semper soleo præmittere h. ut in Dohl, Bohl. quam pronunciationem nec omnes Suethi assequuntur. Hoc h. ante l r n roboratur in get c. ut ex Hludove fiat Cludoveus. ex Schythico Hra caro, factum sit Gr. χρὰς. ex hnab (al Snab) gnavus etc. Barbarum fuit quod Græci nunquam usurparunt χω nihil aspirat.

Affectæ rectius forte vocula vocabuntur affectæ, Radicibus puris, e quibus ortæ sunt ancillantes, præter la, ra, na, ma, cha, va za. eas vocabo affectas. aut 9 simpliciter secundarias. Et hoc stet fixum. sic erit hic Radicum numerus. et ordo α.

9

F.d. 3

Georg Stiernhielm

Mysterium Etymologicum

1642

Antikvitetsarkivet : Q

Fd3

F.d.3.

Mysterium Etymologicum illustrissimo Dno Cancellario revelatum et consecratum. a G.S. extempore conceptum ult. Junii Ao. 1642. fol. obunden.

Häften trasig dubbl. sista bl.

Lagas?

Kardusen kvar?

Även MfH 8

F, d, 3.

Stjernhjelms Mysterium Etymologicum.

Riks-Bibliotheket.
STOCKHOLM.
Handskrifter.
Språkv.
utl.
№ F d. 3.